VTILISSI=MVM DIALECTICAE
Compendium non minus dilucidum quam ſuccinctũ,
Authore Iacobo Giſle-no Thalaſſio.

Aſpice quanta tibi bona ſint congeſta libello
Exiguo, quæ uix ſcrinia multa darent,
At dedit hæc celebris doctoq; Thalaſſius ore,
Dic mihi, tam multa hæc, qui potuit breuius?

Auguſtæ Vindelicorum
Anno M. D. XXXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S.P.

REVERENDO AC CLA-
riſſimo dño Volphgãgo Andreę
Remo, I. V. Doctori, & Auguſtę
Vindelicorũ ad phanũ diui Mau-
ricij Præpoſito, ibidemq; in cathe
drali eccleſia Canonico, Ro. Regi
a conſilijs, &c̃. Domino, ac
Mecænati obſeruan-
diſſimo, S. D.

QVum in alma Ingolſta-
dienſi academia, nobi-
liſſimis aliquot adoleſcẽ
tibus Dialectica præle-
gẽda ſuſcepiſſem, digniſ-
ſime Præpoſite, ea mihi tantummo-
do cura fuit, ne aut ego laboris fru-
ſtra ſuſcepti, aut illi pecuniarum ſuarũ
iacturam paterentur, & efficere vt iu-
uentutis erudiendæ profectum, meo
commodo præpoſuiſſe viderer, quod
fieri non potuit, ſi multorum ſordida co
pulata potius, quam optimus docendi
modus apud me valuiſſent, Quaprop-
ter

ter relictis illis præſtigijs, merisq; impo- ſturis, ex tanto ſcriptorum aceruo, quæ optima viderentur, in Compendium re digere elaboraui, adiectis nõnullis, quæ ab alijs, aut ſtudio neglecta, aut tradita fuiſſent obſcurius, quam vt inde aliqua vtilitas naſci poſſet, Idq; ea ratione, vt & illi minus temporis in hoc iuuenili exercitio collocarent, et ad cæteras oẽs artes facultatẽ expeditiorẽ haberẽt. Nã qui hui⁹ auxilio deſtituti ſunt nõ ſolum nõ eruditos, verũetiã ad quamuis diſci- plinã adipiſcendã ineptos eẽ neceſſe eſt, at lõge aliter quã propoſitũ erat euenit, ita vt ex paruulis principijs maximę ſę penumero, res cooriũtur, defũctus enĩ illo officio, ad maiores occupationes a- nimum adplicare inſtitui, nec in lucem emittere quicquam, quod ad diſſeren- di artem ſpectare videretur, ne ſycophã tis innumeris calumniandi feneſtræ pa- terent, ſi ab Ariſtotele, Boetio, Rodol- pho Agricola, tanquam poſt Homerũ Iliada conſcriberẽ: & profecto nõ me mea fefelliſſet opinio, ſi vel meo vti cõ ſilio, aut alijs non audire didiciſſem,

ſimulatq; enim illi quibuscum magnæ mihi familiaritas eſt. Viri omnium ſciẽtiarum peritiſſimi (inter quos Iacobus Cornelius a Tholnis eſt, legum decretorumq; doctor, orator vehemens, linguęq; cum latinæ, tum gręcę peritus) rem ex animo proceſſiſſe, & illos paucos tanquam Leontini, de rebus quibus libet diſſerere, nodosq; plusquam Gordianos diſſoluere poſſe viderent, non vt in huiusmodi negocio fieri ſolet, efflagitarunt, ſed ſepoſito meę famæ reſpectu imperarunt, ne publico adoleſcentulorum ſtudio, eadem per me fortuna clauderetur, quandoquidem non vni tantũ, verum omnibus nati eſſemus, cõmunicãdũq;, ſiquid labore, aut induſtria partũ eſſet, niſi ex literarũ fautore, hoſtis, amicorũq; albo manibus explodi ſatius ducerem, Quorum quum vno quicquam turpius, altero crudelius, vtroq; vero inhumanius accidere non poſſet, tamen multorum periculo doctus, qui in re ſimili tentãda, magnam nominis infamiam pepererunt, amicis an aduerſandũ, vel in eorum ſententiam pedibus manibusq;

busq; eundũ eſſet penitus ignorabã. Suaſit enĩ ingens polyphemorũ turba, ſuaſit & Iacobꝰ Tholnis, & ſi raõe bis per omnia diſſonãte, hic publico ſtudiorũ fauore motus, illi vero, quo ſuis roſtris dilaniandum cadauer haberent. Nam quum ſuo titulo, quem grandi in pedagogijs ære mercantur, ſuperbi ſint, & ab omni literarum candore, alieniſſimi, hoc tantum ſtudent, vt in alienis corripiendis, ſtrenuiſſimi videantur, voluntq; præter ſuam barbariem, miſera iuuentus nil admiretur, diſcat, ametue, horum conſilijs agitatus, varieq; diſtractus, tandem ſuccubui, meq; totum quum amicis gratificari ſtudeo, Momorũ ſibilis expoſui, typis committens, quicquid dialecticorum ſtudioſo arbitratus ſum fore vtiliſſimum. Quo te munuſculo pro immenſis in me collatis beneficijs remunerari ſines digniſſime Prępoſite, licet benemerendi ſtudio me tibi perpetuo debendæ gratię reũ effeceris. Exiguũ iſtud eſt fateor, vixq; memorabile, at animũ ſpectabis longe gratiſſimum, Non enim in præſentiarum aliud erat, quo tuo cando

te dignum putaſſem, hoc tamen onere iniecto, vt, ſi noſtrę Dialecticę (quam te bonis literis mirifice inſtructum, ac literatis maxime patronum, contueri velim) ab immenſo Sophiſtarum, & Lulliſtarum agmine, quid criminis obijciatur, id tua authoritate in ſemetipſos ſtruxiſſe videantur, Quinetiam ſpes eſt, vt quũ doctiſſimos quosq́, tum & clariſſimũ illũ virũ D. Volphgangũ Remũ, patrẽ tuũ, Celeberrimæ Suęuorũ cõfœderationis Triumuirum ac Iurisperitorũ, quos quidem Germania habet, lumen, atq́ decus, vel tuo nomine reuerebuntur, quo minus quod literarum reipublicæ collatum eſt, audeant impetere. Cui inquam patri, tu me officioſiſſime commendes oro, ac meum hoc qualecunq; eſt Dialecticæ exercitationis Commentariolum, eo animo, quo tibi dedicatur, quanq́ vltro ſe tuum fatetur, idq; ſerio triumphat, accipias, Atq; (vt cœpiſti) literatorum te Mecęnatem preſtes, quo tali patre, & (in qua conſtitutus es) dignitate, dignũ iure omnes gloriemur. Vale fœlix, ex Ingolſtadio ipſis Calendis Februarijs, Anno M. D. XXXII.

COMPENDIVM DIAlectices Iacobi Giſleni Thalaſſij incipit.

INter ea, quæ Philoſophię rationē diuidunt, non infimum locum ſortita eſt Dialectica, illa nempe, ſine qua rerum omnium naturæ ſubiectarum, comitantium, ſiue ipſam quodammodo ſuperantium, veritas inueniri non poteſt. Nam ſi quę latent, definiēdo explicat, interpretatione obſcurū explanat, Vniuerſi partes diſtribuit, ambiguam rē contemplatur atq; ſeparat, poſtremo quæ vera, quæq; falſa ſunt, regulis tradit, Quapropter artium maximā, & ad ea, quæ ab alijs docentur, lucē eſſe non iniuria Seruio Sulpitio placuit, cum nonnullis λογικὴν appellātibus dicendi videlicet, et rocinandi ſcientiam. Languent enim non aliter, atq; viribus deſtitutæ artes omnes, ſi ſucum ab hac non receperint, nec obſtat,

Phyſica. *Ethica.* *Logica.*

Vis dialectica.

ſi contentionis, aliqui mentis non ad-
modum integræ, & tenebrarum artifici
um vocitent, per quam ſcientiarum quę
libet, cum humanarum, tum diuinarum
obſcurior, difficiliorq; reddatur, hac tã-
tum ratione moti, quód huius veluti
machinis, atq; ſubito verborum incen-
dio, & ruina vaſtentur, quæcunq; vera
ſunt, per illos qui Sophiſtæ vocantur, de
inde quod præter innumeras hęreſes, ſe
ctas, & ſchiſmata, complures hinc ſu-
perſtitiones manarint, atq; pullularint,
dum hac conſili, multi ab orthodoxa fi-
de turpiter deſciuerunt, addentes, erro-
rum dogmata ſibi ſedem inter Ariſtote
lis & Chriſyppi ſpineta, reperire, nec vſ-
quam poſſe cõmodius, imo huius vim
in cute (quod aiunt) ſi perpenderi-
mus, apparebit ex ſola dialecticæ igno-
rantia, plerumq; generari quicquid im-
pium eſt, cuius fidem, exemplis citra ne
gocium probare poſſem, niſi aut notio-
rem arbitrarer, quam vt illa requirat,
aut loco commodiori reſeruandum, ſal-
tem ad exercitationẽ ſcholaſticam, con-
futandum aduerſarium, probandaq; ip
ſarum

ſarum rerum principia conducere. Ad
hæc, habitum aduerſus futile argumē-
tum nemo inficias ibit,abſq; cuius ſpe-
culatione,ſapiētem in oratiōe ſine lapſu
futurum impoſſibile ducimus: neceſſe
enim eſt, nō ſolum in abſurditatem ver
ti, qui phantaſias minime exercitas ha-
bent,uerumetiam pertingere eam, quæ
in negationibus eſt temeritatem, quum
circa ſignificantia verſetur, et ſignifica *Circa quæ*
ta, orationemq; interrogatione, & re- *uerſetur di*
ſponſione cōſiſtentem, cui definitio- *alectica.*
nem Stoici eſſe volunt: Verorum,falſo-
rum,atq; neutrorum ſcientiam,ſecatur-
q;,in eorum quę ſunt, & vocis locum, *Definitio*
a cuius diuiſionis ſecunda parte, oīm *diale. atq;*
iudicio,tanquam ἀπὸ τῆς γραμμῆς inci- *diuiſio.*
pienda videtur dialecticæ ſpeculationis
ratio,quæ præter aerem ictum nihil ſit, *Quid uox*
Vel vt Diogeni Babilonio placet, ſen-
ſum,qui auditu percipitur, Rationē ſui
non habere uidentur, qui de illius a ſo-
no differentia anxie nimium altercan-
tur,nec ſpeciem eſſe vocē ſentio,& ge-
nus ſonum, uerum æquales,atq; eidem
ſubiectas definitioni. Non enim ſonus

Idē ſonus & uox. quicquã eſt, quod non idē vox dici poſſet, Quamuis nonnulli, in ea ſint opinione, ut vocem tantum ijs eſſe ſentiant, quibus pulmo eſt, & arteriæ, nos tamē *Plinius naturalis hiſto. lib. 11 cap. 51.* a rei veritate non latum vnguem diſcedentes, inſecta, boues, & arborũ folia, non aliter atq; hominem vociferari diſcernus, licet ratione paululum diuerſa, *Vox animalis.* Nam quæ ex aere impetu percuſſo, fit, *Vox hominis.* animalis dicitur, hoīs vero, articulata, ex mente proficiſcens, vtraq; tamē cor- *Vox corpus.* pus eſt, teſte Archidemo, Antipatro, atq; Chryſippo, corpus adpellãtibus, quic *Diuiditur uox hominis.* quid aliquid facit. Rurſus poſterior illa vel ex literis, proxime cõſtituitur, aut dictionibus, ſi primũ incomplexa eſt, no- *Vox incõplexa.* mē, vel Verbũ, eſſentia, vel accidens, de pluribus nata dici, vel paucioribus, Sin *Vox coniuncta.* alterũ, quạm coniunctã vocant, in prædicamenta non cadens. Quo autē reli- *10. prædicamenta* quæ minus nogocij faceſſant, de his, eorũq; ſignificatis, primo tractandum eſt, quæ ſimpliciter dicũtur, magnus enim ad totius cognitionē gradus eſt, partes noſſe. Inter oēs igitur, qui Philoſophi adpellari geſtiunt, decem earũ vocũ ordines, eſ-

nes, eſ-

nes eſſe cōuenit,quæ prima rerū genera τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας, κατηγορίαι cō-muneſq; notiōes vocantur,quaſi omnium quæ in cōtrouerſiā cadunt,elementa,quod ſimplicibus vocibus, ſimplices res ſubſint,& abſq; alterius intelligātur ope,vel adminiculo,eſſentiā quātitatē, qualitatē,πρός τι,vbi,quādo,facere, pati,cōpoſitū eē,habere,queq; ſub illis latitant,& ab eis diſtributa, ante alicuius diſputationis ingreſſū perdiſcēdos, nō ſecus,ac literas,qui verborū exactā rationē habere volūt. Nec res, aut ens principiū niſi cōfuſū dici poteſt, in his quæ finē occupāt indiuidua ſūt,quę caput,generaliſſima,mediū vero,ſubalterna,vltimisq; proxīa,Spēs infimæ,quod ſubiūgi neceſſe erat,ne quis ſubalterna a ſpērū nomine abhorrere, putaret, nā in plura diuiſibile, alteriq; ſubiacens Spēs eſt. Sūt præterea,quæ in diuiſiōe oppoſitionē indicāt, aut aliјs accidūt, vt propriū et accidēs. Ex his manifeſtū eſt,vnāquāq; Vocū ſimpliciū,aut gen⁹ eē,aut ſpēm, proprium,accidens,vel indiuiduū,quæ abſq; poſteriori, ob id aut prædicabilia,vel vt aliјs placet, Vniuerſalia dicun-

Res et ens transſcendentia.

Species generaliter definitur.

Definitio prædicabilium.

tur, ꝙ de pluribus vniuoce dici poſſunt. Illud vero quod græci ὄνομα ἄτομον vocant, & ſi ſimplex quędã uox ſit, attamẽ ſub prædicabilium definitione nõ continetur, vt hęc virtus, vel illa, De Iohañe autẽ Petro, Paulo, eiuſcꝫ farinæ multis, multi varia ſomniant, abſurda quidem & ad rem nihilo minus ſpectantia nunc propria, nunc cõia vocitantes, Authoribus moti, qui nonnunquã illa pluratiue protulerunt, quapropter illius ratio hic explicanda venit, a paucis digne tractata, multis vero obceratis (quod aiunt) auribus præterita. Primum cuilibet rei, plures eſſe appellationes nemo ignorat, naturales quidẽ vulgo cognitas, aut ſapiẽtibus: reliquas ab arte profectas, vel omnium ciuium arbitrio, aut quibus ea dem puintia eſt, poſtremo rerum dominis, Spẽs infimas quilibet diſcernit uir in literis exercitatus, ut hominem vel leonem, Nam viſo animali, recto, bipede & implumi, mox quid ſit, non illũ latet, Vulgus aũt indoctum, atcꝫ rude, animal tantũ, aut corpus, ignorat enim quibus a ſeinuicẽ formas, ne difficultatẽ

Indiuiduũ

Adpellatio naturalis & artificialis.

parerent

parerent,ſagax natura ſeparauit. Porro
induſtria hominũ effecit,vt eorum quę
ſub eadem ſpecie eſſent, confuſio,pro-
prio quodam nomine perſtringeretur,
unde ſua cuiq; appellatio manauit, vt *Adpellatio*
in ciuitatibus,fluuijs,regionibusq;, cla- *artificialis*
rum eſt. Non autem quod mare gignit,
aut aere fertur, quum demonſtratio illis
ſola ſufficiat, Præterea appellationem
ſortiuntur eandem, plura ſępenumero,
quæ in diſtincta, ſpecies erit ſpecialiſſi-
ma,aliorum vero ſepoſito reſpectu,Indi
uiduum. nec repugnat rem eandem hu-
iusmodi plures habere, pro impoſitorũ
copia,atq; multitudine,vt in flumine pa
tet, diuerſas prouincias præterlabente.
Hæc de indiuiduis,ex quibus imago cō
cepta,ſpecies falſo appellatur,niſi ad ge-
nus relatio facta fuerit, vt aurum,argen
tum,plumbum, alij rurſus ſubiecta, ut *Species*
illa metallo,legittima, & datiua, tutelæ
teſtamentariæ,hoc genus eſt, aut pluri-
bus ſpeciebus cōe nomen,animal enim *Genus.*
per ſpecies cuncta comprehendit ani-
malia,et corpus tactu perceptibile,Sunt *Ge.genera-*
tamē quæ maxime generalia, quæq; ſpe *rali.*
cialia

Subalter-na.

Proprium

Differentia eadē cū proprio.

Definitio proprij et differētiæ

cialia dicũtur, nẽpe generi nõ ſubiecta aut ſub quibus genus inueniri non poteſt, vt qualitas, color, ijs intermedia, ex diuerſa collatiõe, variũ nomẽ adſciſcũt, eſſentiæ enim corpus ſpẽs eſt, bruto genus. Tertiũ in ordinũ conſtitutione, proprium diximus, oppõem in diuiſione oſtendens, vt accidens eſt, & eſſentia, corpus, et vacãs corpore, animal, vacãs anima, rõle & irrõle, hõi aũt nihil opponitur, quapropter proprium dicere nemo poteſt, nec animali ζωόφυτον, cuius latus eregione non occupat. Sub hoc mẽbro differentia cõprehenditur, quã ab illo ſeparare conati ſunt nõnulli, ob hoc tantum, quod differentiæ partẽ rei, proprium aũt, certum officium ſpẽi ſignificare videtur, Sed vtriuſq; vim ad examen ſi uocare libuerit, nihil apparebit, quo min⁹ eadẽ dici poſſent, quũ per notã rei propriã definiãtur, quod enim συλλογίζεσθαι græci dicunt, latini rõcinari, homini eſt & proprium, & differentia, ſimiliter cucurrire gallinis, et rugire leonibus, nec ab homine brutum, niſi irrationali differt, eſt enim propriũ, quod in

ſpẽ-

ſpēbus ſpectatur, quibus ineſt aliquan-
do ſolis, minime vero totis, vt geome- *Modi pro*
tram eſſe homini: quādoq; totis, ſolis, & *prij.*
ſēper, ut aſino rudibile, totis nonnūquā,
nec ſolis, vt quadrupedē eſſe equo, po-
ſtremo oībus, ſolis, ſed nō omni tēpore,
vt Petro in ſenectute caneſcere, Quo-
rū ſecundus ille modus proprijſſimus di-
citur, Nā hæc in definitionibus non ali-
ter atq; verba ſumuntur, ſolam poten- *Verba in*
tiam ſignificātia. His omnibus accidēs *definitio-*
ſubiunximus, quod præter eius, in quo *nibus pote*
eſt interitū, & adeſſe, & abeſſe poteſt, vt *tiam ſigni*
albor, nigror, pallor, manente enim eius *ficant.*
ſubſtantia, homo maior fit, & minor, cō- *Accidens.*
tinēs, & parcus, amicus et inimicus, nūc
Auguſtæ, nunc Dolæ, ſtans aut recum-
bēs, armatus vel inermis, verberans aut
uerberatus, nec ſuper id ſeparabile eſt,
vt a naſo repandū eē, ſimū, uel aquilinū,
cui licet in cortice definitio nō conueni-
re uideatur, quippe nō mobili, attamē id *Accidens*
facile ſegregat ratio, peruidetq; Ethiopi *inſepara-*
nō eſſe ex eſſentia nigredinem, aut ho- *bile.*
mini facūdiā. Sūt igitur in his quę cathe- *4. prædica*
gorię dicūtur, prędicabilia iiij. tm̄, nō aūt *bilia.*
vt qui

vt quidam falſo putant, de ipſis dicibilia, nã genus quantitas eſt, & linea ſpecies, cuius fides, vel ex hoc maxime patet, quod nihil de altero (niſi aut adiacens ei ſit vel eſſentia) dicitur, ſi primũ, & conuerſio fieri poterit, proprium eſt, ſin minus, accidens. Vbi vero eſſentialis eſt prædicatio, genus cenſebitur. Vel ſpecies, aptũ de pluribus dici, drñtibus ſpecie, aut numero. Hæc obiter attigiſſe proderit, cum ad definitiones, & diuiſiones cognoſcendas, tum etiam quid de altero dici poterit, vt ius de lege, & æquitate: aut minime, vt de prodigalitate virtus, auaritia, libidine, hisq; ſimilibus. Nunc vero quo ſingularum vocũ ſimplicium naturam perſpectam habeamus, in ordine redigendæ ſunt decem. Et vt ſupra tactum eſt, nec plures requiri hæc diſtributio iubet, nam entium quodlibet in ſubiecto exiſtit, aut extra illud eſt, per aliud inſpectum, aut per ſe. & diuiſibile, vel non diuiſibile, Primum eſſentiam habet, alterum ad aliquid, affectus enim ſunt, quæ ad aliquid, ſub tertio, quantitas latet, quarto vero qua-

Collectio quatuor prædicabilium.

Collectio 10 prædicamentorũ

litas

litas ex horum commixtione,qui reli-
qui ſunt deducuntur. eſſentia namq; cũ
quanto in loco viſa vbi,in tẽpore autẽ,
qñ cũ qualitate vero agẽs actionẽ pro-
creat,patiens paſſionẽ,ſi cũ relatione cõ
mixtio fiat: vel in loco eſt, & compoſi-
tum dicitur, vel ei accommodatur, et ad
ijcitur alterũ,eſtq; habere, Quę quidẽ ſi
attentius a pluribus perſpecta fuiſſet,
non vndecimum addere, aut ſex aufer-
re, rationi conſentaneum iudicaſſent:
quare minus iuuentuti rudi adhuc, &
compendio nondum aſſuefactæ conſu- *Ordo ſub-*
luerunt,nam plerumq; obſcuritatem pa *ſtantiarũ.*
rere ſolet nimis affectata breuitas. Pri- *Quid ſub-*
mus per ſe exiſtentis, ac nullius indigæ *ſtantia.*
virium Subſtantiæ eſt, omnium acci-
dentium baſis, & receptaculi, quæ vt
plurima multumq; inter ſe diſſidentia
ſunt, ita reliquos ordines ſibi ſumunt,
Ad hunc referuntur, omnium ſubſtan-
tiarum partes, vt oculus, pes, manus,
&c. Ex quibus mirabilem dicendi am
plificandiq; rationem ſumunt Rheto-
res, Poetæ, & omne ſcriptorum genus,
quum per partes totum enumerant, aut

 ad

ad ſummum vſq; genus (quæ ſubſtantia eſt) rem ſubſiſtentem expetűt. Porro vt citra negotium illarum intellectus habeatur, in tabulam redegimus, Ex qua tanquam copiæ cornu innumerum definitionum ſuppellectilem exhaurire licebit, ſi cuilibet proprium, genusq;, recte aſſignauerimus, aut illorum ſuperiora, nam in deſcendentes idem iudicium eſt, vt ſubſtantia, corpus, animal, brutũ, vt de piſce, ita de lupo, ſeu vmbro. Nec prætereundum eſt primam vocari, quæ cum in ſubiecto non ſit, neq; de illo dicitur, Secundam vero de illo dictam, non autem exiſtentem, vt quæ in diuidua diximus omnia, in hoc ordine ens omnibus prapoſitum eſt, tanquam ad voces ſimplices omnes ſeſe diuulgans, quod ob id transſcendens dicitur. Secundus locus ſubſtantiæ eſt inter limitata generis generaliſſimi, quam corpus & illo vacans, diuidunt, vt tabulam inſpicienti perſpicuũ eſt. Reliqui oẽs accidẽtia cõtinẽt, q̃rũ aliqua extra ſubſtantiã ſunt, locus, tempus, & habitus, quædam vero in ipſa recondita, Neceſſe enim eſt hominem, aut doctum eſſe, aut

Huc pertinet Tabula.

Subſtantia prima.

Subſtantia ſecunda.

Nouẽ prædicamenta accidentiũ, & eorũ diuiſio.

indoctum, magnum aut paruum, ſtan-
tem uel recumbentem, quæ ſuperſunt
de vtroq; participant. Omnia autem ex
ipſa pendent, nec ſcrupum mouere de-
bet corporalis illa dimenſio, cui inter ad
iacentia, nempe quantitates, locus debe
tur, nam ad eſſentiam ſi conferatur, ac- *Magnitu-*
cidens erit, Sin autem ad reliqua, ſubie- *do quomo-*
cti officio fungetur, nõ quod in ea ſint, *do ſubiectũ*
ſed quod abſq; illius interuentu in ſub-
ſtantiam reponi nequeant, Quapropter
explicandus quantitatũ ordo prius eſt,
quam quo qualitates continentur, nam
ab illis iſtę denominãtur, Albedo enim
ex ſuperficie magna, magna cenſetur,
& actio longa, ſi tempus longum. Eſt *Quantitas*
autem quantitas, per quam res, aut mag
nitudine, aut multitudine menſurabilis
dicitur, vt linea, ſuperficies, corpus, per
ſe, locus, tempus, per aliud continua, nu
merus, & oratio diſcreta, Sub corporis
nomine ſolam magnitudinem compre *Corpus.*
hendimus, intellectu a ſubiecto ſepara-
tam, cui ſi tres dimenſiones, longitu-
dinem, latitudinem, & profundita- *Corpus ſo-*
tem adhibuerimus, corpus (cui ſoli- *lidum.*
do nomẽ) cõſtituetur, ſi longitudinẽ cũ

ſuperfici-es
Linea.

latitudine tantum, ſuperficies,corporis finis. Si autem longitudinem ſolam,li-nea , duobus clauſa punctis: quando-quidem ex fluxu puncti,in longũ ſpar-ſi profluere imaginetur,Ad hãc refertur quicquid in longũ mẽſurabile eſt,vt vl-na , miliare,pes,ſtadiũ,cubit9,ager vero pratum,vel fundus plano ſubiacent, at ſoliditas ſpherã , cubum,piramidem,& ſi quæ huius gregis ſunt complectitur, tempus,præteritum habet ,et futurum, binarium,ternarium,quaternarium nu merus , orationem vero ſub voce collo cant,& ſuperficie locum, Ex his omni-bus quatuor profluunt,quas Mathema ticas artes vocant,nam terrarum dimẽ-ſio,ex quãto continuo fit, & immobili, Syderum ſcientia,ex eodem mobili, At ex diſcreto,per ſe inſpecto,Arithmetica Ad alterum verum habente affectionẽ, Muſica.Sed cum huius Prædicamenti adminiculo non admodum cauſæ ciui-les egeant,pauca dicere ſatius videtur, quam de aſini vmbra certare diutius.

Tempus.
Numerus.
Oratio.
Locus.
Deductio quatuor artium Mathematicarum.

Qualitas.

Quãtitatem mœrito qualitas ſequitur, ſecundum quam quales dicimur, vt a

Dialecti-

Dialectica Dialectici, a Pallore Pallidi, latiſſimum hoc prædicamentum eſt, in ὀυσίᾳ enim qualitas reperitur τῷ ποιεῖν, τῷ πάσχειν, in loco & τῷ κεῖσθαι. Homo nãq; Logicus dicitur, ſeuerus pater, fugax filius, ſaltat dure, inique fert, locus apricus, cubat pronus, veſtitur ſordide, ob id ſpecies complures continet habitum, vel habilitatem, affectus, & ea quæ ſenſus mouent, Si ex iugi aliquorum actuum exercitatione, promptitudo quædam naſcitur, & permanentia, in naturam vero tranſiens, ἕξις dicetur, aut habitus, ea tamen lege, vt a natura actionum inſtrumenta ſuppediten tur, neq; enim ablatis manibus pictor lineas ducit, aut iudicat de coloribus cœcus, quapropter & conſuetudine bene ficioq; naturæ parantur: licet guſtus, olfactus, alijq; ſenſus, habitus dicuntur, etiam & religio, non conſuetudine, verum diuinitus in hominum animis effecta, quibus accedunt in virtutibus heroi cis, fortitudo: Atq; Poetis bonis poetica, diuino impetu infuſa. Nec ſubiectũ vnum omnes concernunt, ſed corpus

Species qualitatis.

Habitus.

Habitus animi intellectuales. alij, vt velocitas, robur, equitatio: fabrica, fullonia, cythariſtria, diſcus, lucta, a-
liĳ vero animum, quorum pars intelle-
Grammatica. ctui ſubiacens, in cultu orationis ſubſi-
ſtit, ſimplicis, vel argumentoſę, copioſę,
Dialectica ſplendidę: vel inſtituenda vita, priuata,
Rethorica domeſtica, vel publica, quę rurſus in
Ethica. Monarchiam, Ariſtocratiam, & Demo
Oeconomica. cratiam partitur, aut rerum naturaliũ
principiĳs tractandis, vel eorundem ac-
Politica. cidentibus, magnitudine videlicet et nu
Phiſica. meris. Virtutes autem voluntas mode-
Geometria ratur, quæ ad agendum ſecundũ rectã
Aſtronomia. rationẽ incitãt. Iuſticia exẽplo eſt æqui
tatis ius, q̃d ſuũ eſt, vnicuiq; tribuẽs, at
Habitus animi uoluntares. q; illius partes religio, pietas, gr̃a. Prudẽ
tia vero etſi intellectui ſubiacere pluri-
mi affirment, horum tamen albo a ple
Iuſticia. riſq; adſcribit̃, quam memoria, intelligẽ
Partes eius. tia & prouidentia, vt membra comitan-
tur, Præterea virtus illa, qua in loco, &
Partes prudentiæ. tempore de aliĳs optime meretur, & res
magnę appetuntur, contemnunturq;
Liberalitas. humiles: aut beneuolentiã, abſq; retalia
atione elabi non ſinimus, cum fidentia,
Fortitudo. magnificentia, perſeuerãtia, & his ſimi-
Amicitia. libus. Nec leuiter prætereundum eſt, ha

bituum voluntariorũ aliquos, habenti-
bus incommodare, quippe eorum quæ
diximus contraria, vitiorum non abs re
nomen ſortientia, cum ꝗ virtutibus pri-
mæ ſunt ſpeciei, vt ex actu frequenti cõ
parata. Si vero nondum habitum per in
frequentiam fieri non licuerit, diſpoſitio
oritur, quæ ſtabilitas & permanentia fa
cile ſegregant. Ex ijs ſi laudandus item-
ꝗ vituperandus quiſquam venerit, in-
gens exemplorum multitudo ſumitur,
aut a corporis habitu, agilitate, pedum
velocitate, ſagitandi peritia, vel torquen
di globum, aut animi, qui plures gignit
quam Athenæ τριοβόλους. Sunt non-
nulli qui Ariſtotelem non aliter atꝗ ſi-
miæ ſequuti, ſecundam quandam ſpeci
em fingunt potentiarum, vel impoten
tiarum ſignari, illum non ſolum non vo
luiſſe intelligi, verumetiam quo tene-
bras Dialecticæ initiaturis offunderet
elaboraſſe, Quapropter toto (quod ai-
unt) cœlo errant, quibus ne digi-
tum ab illo diſcedere pulchrum vide-
tur, quæque implicite nimis tradidit,
in tractatus (ſic enim illos vocant)

Vitia.

Diſpoſitio

Ariſtotelis obſcuritas

contrahere, inſaniam inſania veſtientes, quapropter in Anticyras relegãdum id hominum genus eſt potius, quam illorum nugas omnium manibus conteri, ingeniaq; adoleſcentulorum tanquam Syrenum vocibus ſeduci, inq; porcos immutari. Fuit vtiq; vir ille magnus, queq; iure oīs miretur poſteritas, attamen grauiſſimi hominis hoc animo inſidiſſe, non parum dolendum eſt, vt a ſe inuenta, non aperte, non clare, aut perſpicue, verum per tenebras, & ex antro propemodũ, nobis traderet, vt multi oracula illa adpellare nõ ĩmerito voluerũt. Sed vt intra oleas quod propoſitũ erat reuocemus, naturalis illa facultas, & impotentia a diſpoſitione non ſeparari queũt, Qualis venaticus eſt, bellicus, Arithmeticus, quæ omnia vt propenſionem tantũ ſignificent accipienda ſunt, Si autem ars acceſſerit, in habitus transmutantur, habet igitur affectus ſecunda ſpecies auerſas, a recta ratione contra naturam animi, commotiões, vt ira eſt, odiũ, luctus, ærumna, mœror, pigritia, lamẽtatio, dolor, pauor, formido, diſcordia,

Oracula Ariſtotelis.

Secunda ſpecies affectuum.

dia, ſpes in animo tantum reſidentes,
quod ſi perſtringāt in κατηγορίαν paſſio-
nis cadunt. In his definiendis, mira ora-
tionis copia luxuriant Oratores, cuius
exempla in medium adferre non tæde-
ret, niſi ſtudioſis ocij feneſtram patefa-
ctam iri arbitraremur. Qui vero corpori *Affectus*
accidunt affectus, ſecundum ſubiectū, *corporis.*
quod mouent, diuiduntur, per viſum e-
nim albedo, nigredo, fuſcum, flauum, *Color.*
ſpadix, rutilum, igneum, fulgidum, co-
ruſcum, murex, et ſi qui alij colores ſint,
percipiūtur. Fragrantia autem, graue, *Odor.*
olentia, acrimonia olfactus indicat, & *Sonus.*
auditus ſonum grauem, acutum, aſpe- *Sapor.*
rum, lenem, clarum, tenuem. Etiam & *Tactus.*
qui guſtum afficit ſapori, ſuæ ſunt ſpe-
cies, vt dulcedo, amaritudo, ſapor cru-
dus, ſalſedo, inſulſum, mordax, at de
calore, gelu, frigore, tepore, mollicie, aut
aſperitate, tactum conſulimus. His ter- *Tertia ſpe*
tiam ſpeciem addunt, lineares effictio- *cies figura*
nes, & expreſſiones rerum, complexā, *rum et for*
Inſuper prominētes qualitates, ſubſtan *marum.*
tias, ideas, informationes, & interpola-
tas colorationes, quæ figurę ſunt, & for-

mæ ſic diſtinctę, vt illę faſtigioſe pro‑
cedant, Iſtę vero per ſupernas ſuperfici‑
es definiantur, vt circulus triangulus,
quadrangulus, domus, forma, vel homi
nis, Huc topographiæ vocandę ſunt, vt
Topographia. Carthaginis apud Maronem. Sunt igi‑
tur qualitates omnes, quę præter quan‑
titatem ſenſibus ſubiectę ſunt, & huius
aliorumq; prædictorum ordinũ voces
abſolutę vocantur, non autem quas ad
aliquid complectitur, cum abſq; collati‑
one intelligi non poſſunt: nec definitio
ne alia quam ſimplici interpretatiõe in‑
digent, pater enim eſt qui filium habet,
Relatio. venditor qui vendit, Eſt autem relatio
mutua rerũ collatio, ex loco, ætate, per‑
ſona, tẽpore, cõditione, ſexu, collatione,
orta, Mõtoſus enim locus, cũ plano cõ‑
fertur: cũ die, nox: ſolis ortu occaſus: cũ
cęſare Cato, ſene iuuẽis, paupere diues,
parens liberorũ, orbo, mas fœminã re‑
ſpicit, Ex tribus autem prędicamẽtis re
latio elicitur ſubſtãtię qualitatis & quã
titatis, Ex duobus prioribus, cauſa et ef‑
fectus, tertio autem equale & inequa‑
le.

le, Minus maius, continens et cõtentum
par & impar. Actio paſſione, prior eſt, *Actio.*
vt facere, quã pat i nobilius, mutuoq; ſe
reſpiciunt, nã illa applicatio agentis, ad *Definitio*
patiẽs eſt, altera uero patiẽtis ad agẽs, *actionis et*
vt lignũ agente igne patit̃, fitq; actio in *paſsionis.*
rem, orationẽ, ſenſusq; interiores, paſſio
aũt ĩ ea, q̃ narę ſubſũt, e: corpori. Ex ſub
ſtantia ſpẽs trahuntur generatio, et cor-
ruptio: quãtitate, augmẽtatio et diminu
tio: qualitate, alteratio, hum ectatio, fri-
gefactio, quare cũ ſe mutuo reſpiciant,
inter relationes conferri, non adeo relu
ctarim. Simpliciore modo in ſurſum, in *Vbi.*
nubibus, ſupra polũ, ĩ litio, deorſũ, domi
ante, foris, dextrorſũ, leuorſũ Vbi diſtri-
bui t̃. Quando aũt tẽporũ differẽtias ha *Quando.*
bet diẽ, mẽſẽ, heri, preteritũ et futurũ: cõ
iũctũ indiuiduũ eſt, reliquę ſectionem
admittunt. At ſtatus, ſeſſio, recubitus,
compoſitum eſſe diuidunt, quorum nul *Cõpoſitũ*
lus ſuis partibus caret: nam ſtatus, vel in *eſſe.*
tota planta eſt, extremis digitis, vnico
cruris nixu, aut pedibus ambobus: ſeſ-
ſio q̃q; p̃na, ſupinata, alterna poplitis in
genua

genua mutatione, recubitus vero ſupi-
Habere. nus aut obliquus. Habere ex varijs figu
ris diſtribuitur, permutatiōe aliqua, vel
impoſitione vt in modio, in fidelia, triti-
cum enim modium habet, vinum, fide-
lia, Huius farinæ ſunt veſtium nomina,
thorax, ocreæ, calcei, non materiam aut
figuram, ſed vſum reſpiciētia, Ex iſtis le
Lex defini tionis. uiter tactis, definitio omnis petenda eſt,
quam eo modo cudi neceſſe eſt, ne defi-
nitio latius pateat, non enim aſinus per
animal ſtupidum recte exprimitur, quā
doquidem repertu non difficile ſit, non-
nullos ſummopere etiam ſibi ſapere per
ſuadentes, qui illum ſtupiditate vincāt,
vt ſi vtriusq; conditio ad examen voce
tur, hunc hominem, illos vero bruta
vocaueris, Nec, cuius uerba rebus non
conueniunt, mendacem rite dixeris, a-
micum adulteratum, inimicum, qua-
propter cancellis quaſi eisdem reprimi
debent definitum; & id quod explicat,
qua in re ſi negligentiores paulo fueri-
mus, nō minus a nobis totius Dialecti-
ces ratio aberit, quam a Camelis ſaltan-
di peritia, Laborandū igitur ne vnum al
tero

tero reluctante, de quoquam dici pote-rit, cæterum eam duplicem eſſe conſtat, rei, & vocis, Hęc ſimplex enarratio eſt, illam vero Antipater in primo definitio num libro, orationẽ vocat, per reſolutio nem perfecte enũciatam, Vel quæ quid res ſit exponit, vt animal ſolidis pedibus auritum & fœcundum aſinum, quam ex genere & proprio eſſe neceſſe eſt, ſi-mul ita cohęrentibus, vt diuelli non poſ ſunt, nõ autem accidens: Leonem enim fuluum eſſe, aut hominem imperitum ex neceſſitate nemo dixerit, Quæ ſi ad manum non adſint, longe fuerit prę ſta-bilius per cauſas, per accidentia, euenta, aut alia quęuis rem dilucide explicare, quã genere & proprio obſcurius. Hęc nũc ſubſtantialis, aut cauſalis eſt, nũc ex effectibus officij ſue, nunc ex parti-bus, poſtremo ex accidentibus conſtãs, propria aut ſimplicia, vel circumloquu-ta, & genus, prima habet. Nec quæ in ſubſtantia ſunt, illorum tantum hæc de-finitio eſt, ſed & accidentium, nam eorũ ab ſubiectis diuulſorum naturam, eſſen tiam vocamus, Huius cum propter dif feren-

Diuiſio definitionis.

Definitio ex genere & pprio

Diuiſio definitionis,

Definitio ſubſtantialis,

ferentiarum rara nomina, infreque~

Definitio cauſalis.

uſus ſit, tamen inuenta ad quæſtionem, quæ per quid ſit, reſponderi debet, non autem genus, rei eſſentiam totam non explicans, Altera priori nõ diſſimilis materiam, formam, authorem & finem, Effectus tertia vt Magnes, lapis eſt ferrũ attrahẽs, Aedilis qui publica atq; priuata edificia curat, Quarta partiũ eſt, vt cœlũ, ſi orbes decẽ & elemẽta cõtinere dicatur, et homo caput, man9, pedes, Vltima ex accidẽtibus ſit, ut Zeelãdia, maris oceani regio, ad poli arctici eleuationem, quinquaginta duorum graduum, Frugum colorumq; fertilitatem, portubus Vliſſnitenſi precipue, atq; Verienſi, deniq; gentis cum humanitate, tum religione, nulli ſecunda. Quum autem au thore Alcinoo Dialectica vocibus, vt pectine vtatur, ambiguum definiri non admittit, ſed diuidendum, quod a definitiõe primas tenet, nam eius non minor quam illius fructus eſt, Verſatur enĩ circa confuſa, alioqui & ignota, quæ niſi ſeparentur, erũt omnia τὸ μήλεν, eſt igitur in ſpẽs, partes, aut accidẽtia diuiſio, quæ

Definitio effect.

Definitio ex partibus.

Definitio accidentalis.

Nõ definitur ambiguum.

præ-

præter hoc, q̄ nois Poliſemi obſcuritatẽ luce manifeſtet, genus in ſpẽs, aut ꝑ differentias, & accidẽtia illuſtrat, vt ius in ciuile ac nãle, aut rem in partes, vt axioma in ſubiectũ & prędicatũ, aut orem in ramos, caudicem, flores, aut accidentia, vt pharmacũ in ſalutare, & peſtiferum. Nec ĩ oppoſita diuiſio fit, aut generis in differẽtias, modo in ſpẽs rite partiri poſſet. Ex his colligitur vocũ ſimpliciũ eẽ, ſed cũ de ſubiecto q̄dã vniuoce dicũtur, q̄dã ṽo æquiuoce, de his nõ nihil dicendũ videt̃ expoſtulare ratio, ne per ignota ꝓcedẽtes, aſtra ad calculũ vocare merito videamur. Sũt aũt vniuoca, q̄rũ nomẽ, & eſſentię ratio eadẽ eſt, vt aĩal, & homo, & equus. Equiuocis vero cõmune nomẽ tantũ, vt canis, & taurus, alia ſiquidẽ mõtis, alia ſyderis, aliaq; bruti ẽ definitio. Porro q̄ ab aliq̄ ſolo caſu differunt, ꝓterq; nomẽ habẽt appellationẽ, denominatiua ſũt, vt grãmatica grã⁹, q̄ in noie et re differũt, eiſdẽq; cõi enũtiatã q̄ ab aliq̄, nõ eadẽ ſunt, verũ cõmunicãtia ĩ eo, q̄d ab eo, vniuocis, & equiuocis, & noie et re diſſidẽtia, heteronyma, opponunt̃, polyonyma ṽo ſiue ſynonĩa

Diuiſio generis in ſpecies.

Rei in partes.

In accidentia.

Definitio & diuiſio uocum ſimplicium.

Vniuoca.

Equiuoca.

Denomi natiua.

verbis tantum, inter quæ paronyma medium tenent, vt tractat latius in libro fugiendorum & expetendorũ Georgius Valla. Hæ voces ſimplices ſunt, ex quibus propoſitiones, enunciationes, proloquia, pronuntiata, aut axiomata fiũt, ſola, aut vera, aut falſa, quæ res admonet ad indicantem modum tantum eius qꝫ numeros, perſonas, tẽporaqꝫ omnia pertinere, quandoquidem iuſſui, precationibus, ſubiunctiuis, ijsqꝫ quæ infinita ſunt, certi nihil inſit, habentqꝫ duos quibus clauduntur terminos, prædicatum & ſubiectum, nec ſimplices ſunt omnes vel cathegoricæ, ſed hypotheticæ aliquę compoſitæqꝫ, per &, vel ſi, aut ex duabus pluribusue propoſitionibus, vt Cicero orator eſt, & philoſophus Plato, Neceſſe eſt cæſaris interfectores, aut liberatores populi Romani, conſeruatoresqꝫ reipublicæ fuiſſe, aut plusquam ſicarios, plusquam homicidas, plusquam parricidas, de ijs alias latius, ſimplicium Hæc falſa, illa vera, rurſus affirmatiua, vel negatiua. Porro vniuerſalis, cuius ſubiecto ſignũ vniuerſale pręponitur, vel

Propoſitiones.

Termini propoſitionum.

Diuiſio propoſitionum uniuerſalis.

vel quo alterum ineſſe dicitur, vel non ineſſe vniuerſim, vt omnis homo a natura ſua procliuis ad libidinē eſt, nulla virtus opibus eſt inferior. Particularis aūt, cuius ſubiectum particulari termino reſtringitur, Indefinita vero vniuerſalem, propemodum præfert, illa maxime cuius prædicatum vel genus, vel proprium eſt; diuerſa etenim ratione indefinitæ ſunt. Homo animal eſt, & Cicero orator, quum illa neceſſaria ſit, hæc ad particularis naturam accedat, poſtremo in qua termino ſingulari prædicatum datur, ſingularis dicitur, vt capiti vinum illud fabros excitat, Iterum ex harum prędicatorum diuerſo reſpectu impoſſibiles, aliquæ neceſſarię, vel contingentes, aut enim ſubiecto ineſſe non poteſt, aut illi genus, proprium, definitio, aut accidens eſt, Vt Carthaginē Scipio deleuit, inter contingentes eſt, quamuis aliter ſeſe habere non poteſt, nec ſimilium neceſſaria eſt veritas, potuit enim Hanibal illum (non aliter atq; Paulū Aemilium, cum ingenti Romanorum exercitu apud Cannas) bello contundere, qui Af

Particularis. *Indefinita.* *Singularis* *Impoßibilis.* *Neceſſaria* *Contingēs*

fricam ſubegit. Summopere etiam ca-
uendum eſt, ne temerario aliquo conceſ
ſu, diſputantes palinodiam canere coga
mur, quod tunc fit maxime quũ oppo-
ſita, atq; inter ſe diſcrepantia admitti-
mus, Homini autem accidere nihil po-
teſt turpius, quam ante admiſſa, ſum-
mo dedecore vt reuocentur cogi. Ob
id quæ inter ſe pugnant videndum eſt,
Vniuerſalis affirmans cum ſeipſa nega
Contrariæ ta contrariatur, & particulari non affir-
matiuæ, eademq; negata, particulari af-
Contradictoriæ. firmatiuæ contradicit, ſibi particularis
ſubcontrariatur, vbi negatio additur, In
Subcontrariæ. terrogationes autem, & prouerbia ſub
vniuerſalibus contineri, nemo inficias
ibit. Quid enim aliud eſt ſacris propha-
na miſcere, quam omnia confundere,
aut interrogando, quod non ſcœlus per
petrare veritus eſt Catilina? quam om
nia, Et hæc: quantum eſt hominum lite-
ratorum? quicquid erat pecuniarum in
turpiſſimos vſus profudit, vniuerſaliũ
enim naturam habent. Signa quę vo-
cem pro omnibus indiuiduis accipi de-
notant,

notant,aut per coniunctionem, aut pro
poſitionem : copulatiuam interpreta-
mur,ſunt hæc,cunctus , vniuerſus, ſin-
guli, omnis, quiſque, nullus, nullus
non, nemo, nemo non, & ex aduer-
bijs, nunquam, ſemper, vbique, nuſ-
quã,Particularia vero,aliquis, quidam,
quilibet, nonnulli, aliquando, nonnũ
quam, interdũ, quandoq;. Si ergo in
materia contingenti contraria fieri vſus
venerit, ea ſimul eſſe falſa, nihil repug-
nabit, at vera nunquam: quæ vero ſibi
contradicunt,vel vera dicere, vel ſimul
falſa nefas, Subcontrariorum vno fal
ſo, alterum falſum erit, non econtrario,
In hoc triplici pugnantium genere, ſem
per diuerſa qualitas eſt. Iſtę vero Aqua
marina ſalſa eſt,& Nullus prȩter indo-
ctum literas contemnit, contrarietate
non diſſident,Aut contradictione,Hoc
animal auritum eſt ,& Hoc non eſt pi-
loſum, quandoquidem illis nec vnum
prędicatũ eſt,aut ſubiectũ,iſtis vero ſub
iectum tantum,quæ eadem eſſe requiri
tur. Sunt qui his ſubalternarum claſ-
ſem adpingunt , non memores pro-

Signa uniuerſalia.

Signa particularia.

Lex contrariarum

Lex contradictoriarum.

Lex ſubcõtrariarum

rebꝰ μήδεν ἄγαν. Si enim palam ſit, nul
lum chriſtianum in ea opinione eſſe de-
bere, vt fidẽ abſq; operibꝰ cõſtare poſſe
putet, quis ea imperitia erit, vt a Galloid
abeſſe opiniõis debere ignorabit, ſi bene
faciendũ cuilibet, igitur & inimico, po-
ſito enim genere ponuntur ſpecies, illo
ablato nulla; reſtat ſpecierum, ſed quum
ad propoſitionum tollendam obſcurita
tem, tum ad copiam æquipollentia con-
ducat, de illa nonnihil dicere vtile vide-
tur, quippe pulchrum eſt, ornatus cupi-
do, plures effingere poſſe orationes, ac
iuxta arbitrium, tanquam ex floſculis
pulcherrimam eligere, Eandẽ ergo quã
titatem, & qualitatem habentes æqui-
Æquipol lẽtes. pollere dicuntur, vt contradicentes ſi al
teri illarũ negocio proponitur, aut poſt-
ponitur contrarię. Si vtrumq;, quę ſubal
ternæ nuncupantur, huic enim: aliqui-
bus patrem decrepitum mactare licet,
eadem eſt qualitas atq; illi: nõ omnibus
patrem decrepitum mactare non licet,
Particulares enim ſunt affirmatę, & iſtę:
non omnibus contingit adire Corin-
thum

thum, & aliquibus non, ſimiles ſunt, vt-
pote particulares negatiuæ.



Conſtant igitur omnia hæc propoſi-
tionum genera, ex ſubiecto, & prædica
to, non autem vt plurimi ſomniant &
copula, conſuetum loquendi modum
barbare, inepte, ruſticeq; immutantes.

Iohannes eſt diſputans, pro diſputat, eſt enim non mediocri cachinno dignum ab huiusmodi Atlantibus loquendi modum diſcere velle, quibus præter barbariem nihil eſt quod imaginentur ueneренturue, quare faceſſant prærancidæ illę reſolutiones, ac nugatoriæ, idq; q̃d res eſt excipiamus. Oratio omnis ex uerbo eſt & nomine, his adiecta, non tam partes, quam illarum adminicula ſunt, et pedamenta, Eius accidentium, quædam quantitatem, alia uero qualitatem exprimebāt, Porro enunciationum aliquam, axioma, communesq; notiones, alteram theſim, ſiue poſitionem, tertiam hypotheſim, extremam petitionem dicimus, Ex quibus tanquam materia argumētationes conficiuntur, Hic opus, hic labor eſt ordini ſuo unumquodq; adſcribere. In ſyllogiſmum igitur, uel epicherema, & epagogen omnis argumentatio diuiditur, ex priori enthymema ſiue commentum, ſecundo autem, quæ inductio eſt, exemplum cū ſimilitudine defluunt. Sillogiſmus tri plici oratione cōſtat indubitata, media,

Oratio ex nomine et uerbo.

Diuiſio argumentationis.

Tribus cō ſtat ſyllogiſmus.

quæq;

quæq́ ex vtriuſq́ conſenſu fit, aut pro-poſitione, aſſumptione, &(quam men doſe concluſionem vocant) complexi one, Cicero prioribus duabus, probationes adijci iubet, quæ quum ad fidem tantum faciant, absq́ ijs non claudicabit ſyllogiſmus, Propoſitionem quam maiorem vocant rhetores, iudicatum modo, modo firmatum dicunt, Aſſumptionem vero minorem, ſeu negocium, Complexionem, ſtatum, Preterea terminus, qui in propoſitione extra medium ponitur, maior eſt, ſeu quæſiti prædicatum, in aſſumptione, minor, vel quęſiti ſubiectum: medius, ad quem ambo referuntur. Hoc arguendi genus mirum in modum dilatat orator præmiſſarum probationibus: vt hoc primæ figurę, Imperia ſcœlere parta non ſunt diuturna, at Philippi tale eſt imperium, igitur diuturnũ non eſt, Apud Demoſthenẽ in Olynthiaca ſecunda, et in hui⁹ dilatatiõe nõ mediocres tragœdias agit con tra Eſchinẽ, In cõſilijs publicis honeſtas ſequẽda eſt, ego illũ ſequutus ſum, igitur

 recte

recte conſului, Ridicula enim illa eſſet breuitas & ieiuna nimis, niſi oratori veſtienda, depingendaq; daretur. Dialecticus enim orationes macras, atq; implumes ꝑducit, ornat Orator, atq; eiuſmodi phaleris, vt veritas verborum inuolucris, nō raro obfuſcetur, Cogamurq; in illius ſententiam quamuis ineptam deſcēdere, quum ſua ſyllogiſmis ſchemata inſerit, quibus ſpolianda erit oratio, quū veritas expoſtulabitur, Ipſiq; introſpiciendi renes, atq; viſcera nuda, inq; ſuos redigendæ claſſes ſyllogiſmi partes: tamen proloquiorum confuſionem, Plato in Alcibiade facit, iuſta pulchra, pulchra bona, ergo iuſta ſunt bona, cū primæ figuræ legibus illum inniti ſit exploratiſſimum Pro eorum igitur noticia in primis habendum eſt, ex negatiuis, & particularibus puris, nihil ſequi, præterea terminis quatuor, aut amphibolis, tertio, medio in complexione non eſſe locum, et orationum aliquas ſtatum nō admittere, Quibus videlicet oppoſitum complexionis reluctatur lemmatum connexioni, vt ſi dies eſt, lux eſt, dies aūt eſt am-

Non ſeruatur propoſitionū ordo.

eſt, ambulat ergo dion, Quæ autem admittunt, partim quidem æquiuoce id genus dicuntur concluſione, partim vero ſyllogiſtice, quæ vel demonſtratione non egēt, ſiue ad eas quę ſunt, huiusmodi adducunt, ſecundum aliquam vel plures poſitiones, vt ſi ambulat Petrus, mouetur, Cōcluſio vero ſpecialiter, quę colligunt non ſyllogiſtice, falſum enim eſt, dies, & nox eſt, dies autem eſt, non ergo nox eſt. Sunt inſuper in duplici differentia propoſitiones demonſtrationibus minime egentes, de quibus compendio ſtudētes in præſentiarum ſuperſedebimus, latius aliquando proſequuturi. Aſſerūt deinde Dialecticorum ſcholæ modum & figuram his neceſſaria, qui diſſerere ſtudent, propoſitionū medium rite in qualitate & quantitate collocātia. Figuræ duæ ſunt, prima complexionis cauſam in proloquio maiori, loco ſubiecti, in minori autem prædicati habet, cuius modi ne priſcorum conſuetudini bellum indixiſſe videamur ſunt Barbara, Celarēt, Darij, Ferio, quia ſtatu denōinātur, Vel vniuerſales, particu

Modus & figura

Duæ figuræ.

Prima.

Quatuor modi.

 lares

lates affirmatiui vel negatiui, a. enim vniuerſaliter, & affirmatiue, e. negatiuę, i particulariter affirma:o. negatiue deſignat, vt oīs Imperator legibꝰ, et armis valere debet, Carolus imperat, igitur legibus & armis & c. Nihil diuinæ legi diſſonum, chriſtiano licet, tale vitium eſt, Omnis inſidiator iure occiditur, Clodius inſidiator eſt, ergo iure cæſus eſt. Nulla ars inutilis, Dialectica ars eſt, igit̃ inutilis non eſt, His alios addunt inuerſe complectentes, illi duntaxat qui communi ſermonis naturæ contrariantur.

Secunda figura. Quatuor modi.

Secundæ figurę adminiculo in cauſis coniecturalibus, & deliberatiuis, maxime opus eſt, cuius modi quatuor negatiui ſunt, Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, hic alia medij eſt diſpoſitio, nam in vtraq; præmiſſarum prædicatur, & pleruma; ab effectibus ad cauſas, aut a poſteriori ad antecedentia progreditur, cõtra primæ figuræ morem & leges, cuius hæc dantur vulgo paradigmata, Nihil contemptu dignum eſt virtus, omnis ſcientia virtus eſt, igitur nulla ſcientia

contemp-

contemptum meretur. Omnes literarum amatores ab inuidia ſunt alieniſſimi, oẽs ignaui illa non carent, igitur nulli ignaui literas amant. Nullus legum imperitus ad populum regẽdum admittendus eſt, Titius populum regit, igitur imperitus nõ eſt. Quicunq; cibo concoctu difficili vtuntur, ingenio plerunq; ſunt tardiori, Italus ingenio pollet, igitur ab id genus cibo abſtinet. Ad hunc modum innumera fieri poſſunt exempla, nunc nuda, nunc colore rhetorico dilatata, ac protenſa in immenſum, vt contra Ariſtogitonem Demoſthenes hoc vſus ẽ, Nullus in vrbe ferẽdus qui leges infringit, Ariſtogiton leges ratas non habet, igitur tollendus non eſt Ariſtogiton, ſed populariter adeo atq; magnifice elato, vt non ſyllogiſmum ſed volumen, aut hyſtoriam condidiſſe videatur. De figura quam his addũt tertia ne verbũ quidẽ a nobis dicetẽ, qñdoquidẽ eius minor ſit vtilitas, q̃ vt laboris mica illi impendatur, Nam quum in omni argumentatiõe cauſa medium eſſe debet,

Superflua figura tertia.

cur ſta-

Enthymema. — *Capi. 10. libri 5. & 14.* — *Differen. enthymem. a ſyllogiſmo*

cur ſtatus prædicatũ ſubiecto inſit, Hęc
inepte admodum medium ad comple-
xionem adhibet, quare Vallæ, Hegen-
dorphini, aliorumqꝫ in hac re non ob-
ſcurorum virorum auxilijs freti, eam va
lere ſinemus, ac de enthymemate cum
ſyllogiſmum parentem habet, pauca di-
cere, eaqꝫ vtiliſſima animus eſt. Quinti
lianus illud commentum vocat, ſyllogiſ
mum expoſitorium, & ſyllogiſmi par-
tem, quod vnum intellectum habeat,
quo omnia mente concepta explicet,
ac illo tantum a ſyllogiſmo diſſentire,
quod illi plures ſpecies ſint, veraqꝫ ex ve
ris colligit: enthymematis vero circa
credibilia infrequentior vſus ſit, nam
ex maiori tantum cum complexione,
aut minori conflata argumentatio eſt,
atqꝫ præmiſſarum altera deſideratur: vt
ij ſibi conſcij ſunt, igitur de ſe quælibet
dici arbitrantur, & memores compoto-
res ab amicorum albo eijciendi ſunt, er-
go Petro inter amicos locus eſſe non de
bet, In hac enim aſſumptio, altera vero,
propoſitio requiritur, duplicem autem
præmiſſarum alterius obliuionis ratio-
nem aſ-

nem aſſignant,quod certam afferre tæ-
dium ſit,aut minus certam,verecundũ, *Duplex ra-*
Vnde motus Ariſtoteles enthymema *tio enthy-*
dicere ex ſignis conſtitutum, præterea *mematis.*
ea cogitationis pars, quæ locum primũ
obtinet,accidens,quæ ſecundum conſe
quẽs vocari ſolita eſt. Huius vſus apud
omnium generum ſcriptores maximus
eſt,nam,vel ſponte ſeſe offert etiam vo-
lentibus,licet & formã Dialecticã aliqñ
non habeat,vt ille ne,qui temulento ag
mine commeſſabundus inceſſit par eſ-
ſet Romanis. Aut probus cenſeri is de
bet,cui p̃ter flagitiũ dulce nihil eſt,vidu
arum oppreſſionem, virginum raptus,
bonorum & doctorum virorum odiũ,
furta,cædes,rapinas,expilationes,ea tã-
dem, quę elata aures vel lenonis,vel pa
raſiti reſpuerent? Hoc inductio ſequi-
tur,a natura perfectum arguendi genꝰ, *Inductio.*
nempe ex pluribus collectum indiuidu-
is aut ſpeciebus,circa quæ diſcendi ratio
verſatur, colligit enim ex particulari-
bus multis vniuerſale, modo illi proxi-
mũ ſit, vt in mare Danubius, Rhenus,
Arar, Rhodanus, alijq́ quotquot ſunt
flu-

fluuij fundũtur, igitur omnes mare exci pit, Preterea cum experientia diſcimus, Huic mulieri lac habenti, quæ nec pepe rit, nec grauida eſt menſtrua defeciſſe, Item & illi, alijsq; omnibus, ratione col- ligitur omnes ea lege lac habentes, men ſtrua non habere, particulam autem, & ſic de alijs, relinqui non admodum fue- rit abſurdum, nam inducens non dubi- um quin cætera ſimilia eſſe fateatur, Re futatur hoc genus, ſi diuerſa exempla ꝓ ponãtur, ita vt enthymema, ſi conſequẽ tia falſa oſtenditur, Hinc exemplũ ma- nat, quod & ſi certis de cauſis inter ar- gumẽtationum genera numeret, tamẽ in locos illius transferetur tractatio, ab enthymemate autẽ differt, quod hoc ſyl logismo, illud vero inductione confir- matur. Habes igitur breuiter, dilucideq; quę de vocibus ſimplicibus, complexis, argumentationeq; traduntur, at ita ne- quaquam explicata vt exercitatione et vſu vacare debeant, ſine quibꝰ et eloquẽ tiam non modo languere, Quintilianus aſſertor eſt, verum nullam penitus eſſe, Proderit etiã formis ſyllogiſticis argu menta illigere, quũ communia, tum ad

Hippocrates 39. Aphoris. libri. 5.

Refutatio inductionis & enthymematis.

Exemplũ.

Differt ab enthymem: inductio.

In prologo primi libri.

iudicium de rebus, quarũ in hac commu ni vita cognitio neceſſaria eſt, accõmoda atq; delectabilia, vt Licet ne qui de furto conuicti ſunt laqueo gulam frangere? Et Galliæ regnum iure, Anglorum Rex ſibi vindicat, aut Iuſte, vxorem repudiandam ducit? Cur mare ſalſum? cur Danubij caput mortiferos piſces ferat? cur famem extinguat orexis? Huiuſmodi quæ plurima Plinius habet excutere non fuerit inutile, nimiſq; voluptuoſa tantarũ rerũ ſubtilior tractatio, quib⁹ accedat Ciceronis, Demoſthenis, Platonis, ac aliorum qui in hac re ſumme claruerunt, frequens euolutio. *Plinius li. 2. cap. 31 Hipp. Ampho. 21. libri. 2.*

De ſyllogiſmis expoſitorijs, ſorite, fallacijs, dicere animus non eſt, quod ad rem minus ſpectant, non enim (intellectis quę dicta ſunt) facile quis circumueniri poterit, At portenta illa, de terminorum paſſionibus, infinito, comparatiuis, ſuperlatiuis, differt aliud ab, incipit & deſinit, hæcceitatibus, formalitatibus, ampliatiõibus, reſtrictionibus, inſtantibus, intentionibus, diſtributionibus, obligationibus, conſequentibus, indiſſolubilibus,

bus,exponibilibus, particulariſationi-
bus,ſuppoſitis,mediatis, & inmediatis,
completis, & incompletis, cæteriſq; in-
tollerandis at vanis vocabulis monſtro
ſę ſophiſtarum ſcholæ maſticanda relin
quimus,vt illis tãquam Labyrintho im
pliciti perpetuo digladiẽtur rixenturq;.
Tantum enim inuictarum ſubtilitatum
hinc innectum eſt, vt Cleantis,Chry-
ſippiq; argutiæ,cum Daphitæ,Euthide-
mi, Dioniſiodori circumuenticulis, pe-
nitus craſſę,ruſticanęq; futuræ ſint,ſi cũ
ĳs nouis,noſtrorumq; inuentis conferã
tur,in quibus nunc paſſim miſera iuuen
tus perpetuis ſudoribus occupata, nihil
præterquam errare,& immortalibus di
gladiationibus, omnia obſcuriora red-
dere diſcit, in his enim qui clamoſiſſi-
mus eſt,primas partes tenet. Sed ad par
tem illam Dialectices me confero, ſine
qua prima conſtare non poteſt,cum an-
tequam probetur quicquam,eſſe neceſ-
Loci. ſe ſit, Hæc præter locos & Dialecticis
& Rhetoricis communes nihil habet,
quãquam illorũ docere tantũ, horũ au
tem inuenire,aliquibus placeat,vtcũq;
ta-

tamen ſeſe res habet, in pectore geſtandi ſunt, ne vbi aut de religione aut ciuilibus cauſis queſtio inciderit, ad bibliothecã tanquam ſacrã anchoram cõfugiendum ſit, vt enim ſcribentibus abſq; difficultate literæ occurrunt, ita & hos in promptu eſſe conuenit, Quę pars iudicialis dicitur rationes colligẽs, *Iudicialis.* quæ ad iudicium faciunt, Quando enim noſtras aut aliorum efficaces eſſe, vel vanas confirmationes docere lubet, Hinc inuentio patitur, at illa (vt Heracleus lapis aurum) reperta probat efficitq;, vt quis illatum apte coniuncta tum, appoſite connexa ſint, iudicare poſſet. Qua ratione monemur argumentorum ſedes (ſic enim locos vocant) paucis perſtringere, atq; vt ratio poſtulat, ordini debito adſcribere, *Definitiones locorũ* A perſonis igitur vel rebus, omnes argumentationes ſumuntur, quæ perſonarum ſunt, Rhetoribus propriæ magis eſſe videntur, vt a patria, ſi quid *Loci perſonarum a patria.* ſecundum ritum, mores, leges, patriæ, inſtituta, ſeu loci natalis, & ſecundum iura municipalia, opinionesq; ci-

uiuṁ, cauſam adiuuare poſſit, quod in medium feratur, Natione ſiue prouincia, vt cum Græcos mendaces, leues Gallos, Sucuos nobiles, Germanos bellicoſos, Sicambros fraudulentos, mendicos Scotos, Zelandos hebetes dicimus. Verum temporum habenda ratio eſt, aliter enim Germanos, Dacos, Nerinoſq́ʒ, depingit Cæſar atq́ʒ nunc videre licet, quod commertia tempusq́ʒ mores mutauerunt, Sic Cicero in viij. Philipp: iudices legit Græcos, o conceſſum iudicium præclarum, & teſtium Alexandrinorum teſtimonia a Cicerone pro C. rabirio reijciuntur, quum illic omnium Mimorum argumenta reperta eſſent. Parentela, genere, aut genealogia, vt ſi filios ſimiles parentibus ac maioribus ſuis plerunq́ʒ dicamus, Sic de Telemacho apud Homerum, viri fortis indicium eſt, Hinc defluxit ab Eraſmo tractatum κακοῦ κόρακος, κακὸν ὠόν, & apud Perſium, Preſto eſt mihi Martius hæres.

Natione.

Habenda temporũ ratio.

Parentela

Saty. 6.

Sexu

Sexu, nam alia in maſculis, alia in fœminis, probationum ſunt argumenta, vt, Mulieres ſunt, igitur parcēdum. *Sexu.*

Educatione, multum enim intereſt, quibus & quo quiſq; modo ſit educatus, nam parentum indulgentia, educatio mollis, & præceptorum licentia, quoſq; natura bonos, deterrimos efficit illorumq; mores inbibimus, quibus inſtruendi damur, vnde fit clementem eſſe principem, ſi tali præceptore vſus fuerit, δημόβορον, religioſum, aut tyrannide inſignem, quod reſpexiſſe videtur Agaſicles, cum Philoſophanem, Sophiſtam, præceptorem hoc dicto repelleret, illorum volo eſſe diſcipulus, quorum ſum & filius, nam vt liberi maiorum vnde prognati ſunt ingenium referunt, ita & præceptorum vitia in eos demigrant quos inſtituunt. *Educatione.*

Habitu corporis, nam veſtium cultus, elegantia membrorum plerunq; libidinis & petulantiæ argumentum præ *Habitu corporis.*

ſtant, Huic ſimile quippiam eſt apud Ciceronem pro Sexto Roſcio.

Fortuna. Fortuna, quum aliam fidem diuiti, aliam pauperi, noto, ignoto, vicino, amico, vel clienti eſſe dicimus, aut mores conditionemue.

Studio. Studio, vt ruſticus ſit an forenſis, miles an negociator, medicus an poeta, Nam pro vniuſcuiusque commertio cauſæ argumenta ſunt accommodanda.

Animi natura. Natura animi vel mentis affectione, quum auariciam, iram, crudelitatem, miſericordiam, pietatem', temperantiam, fortitudinem, cæteraque vitia aut virtutes alicui ineſſe teſtamur, vt Cicero Nihil feci ira9, nihil impotēti animo, nihil non diu conſideratum, Ab his non raro argumenta ducuntur; nam quo quiſque animo aliquid fecerit, non infrequenter quæri ſolet, vt Cicero teſtatur:

In oratione de Aruſpicum reſponſis.

leuio

leuiora eſſe, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam quæ meditato inferuntur.

Conditione, magni momenti eſt cui iniuria vel damnum illatum eſt, plectēdi enim ſunt grauius, qui in magiſtratu conſtituto vulnus inflixerit, quam priuato. Sic inter ſe diſtant, cœlebs & libidinoſus, clarus & obſcurus, ciuis & peregrinus, pater & filius, Innumera hinc exemplorum copia petitur, Vt Vos eum regem inultū patiemini, qui legatum populi Romani conſularem necauit? *Conditione.* *Cicero p lege Manilia.*

Cupiditate animi, ſi quis ad virtutes quam vitia, mercaturam quam nauigationem ſit procliuior. *Animi cupiditate.*

Ante actis vel dictis, ex præteritis enim præſentia futuraq; iudicantur, ſed temporum ordinem ſeruandum iubet in partitionibus Cicero. *Ante actis*

Nomine. Nomine, ad no mina ſæpe alluſio fit, vt Maximilianũ, ſi deduxerimus a maximo, & Aemylio viris magnificis, quorum virtutes in re bellica imitatus eſt;

Genere vitæ. Vitæ genere, ſacerdos eſt doceat igitur.

Aetate. Aetate, nam iuuenem quæ decent, ſeni vitio ſunt, & econtra. Sic Terentius, amauit dum ætas tulit, hic dies alios mores poſtulat, Et Cicero, Affert aliquam deprecationem ætas, quæ tum fuit. *Pro Rabirio.* Quæ autem circa res exiguntur aliqua cum ipſo negocio continentur, alia vero in ipſius geſtione negocij conſiderantur, cauſa, locus, tempus, facultas, modus, quæ circumſtantiæ ſunt, ſub primis continentur, nam a cauſa *A cauſa.* argumẽtamur, quũ aut inpulſione, aut ratiocinatione coactus aliquid nos feciſſe dicimus, vt ira, amore, iracundia, vinolentia, audacia, metu, ambitu, ſpe, odio, ægritudine, imprudentia, ebrietate, vel ignorantia., quæ quandoq; ad veni-

veniam conducunt.

Loco, facinora geſtaq; hinc conſideramus, ſi in loco plano, montano, publico, priuato, ſacro, prophano frequenti, deſerto, noſtro aut alieno, perpetrentur, neq; enim idem vbiq; licet, Sic Cicero, Cędem in foro feciſti. *A loco.*

Tempore, belli vel pacis, hyemali vel æſtiuali, morbi, peſtilentiæ, noctu, aut interdiu. *A tempore.*

Facultate, vt paucos a pluribus occidi, a vigilantibus dormientes, miratur nemo. *A facultate.*

Modo, quum rei qualitas deſcribitur, Hunc modum Virgilius obſeruat in omnibus orationibus petitorijs. *A modo.*

Altera diuiſionis parte continentur quecunq; argumenta ſumuntur a Finitione, qualis hæc eſſe debeat ſupra tetigimus. *Finitione.*

Ethimologia. Ethimologia, quæ ſimplex vocis interpretatio eſt, veriloquium ab alijs dicitur, vel notatio, Ab Ariſtotele ſymbolum, a qua argumentutum ducere licet, teſte Bartholo: in lib: ij: §. appellata, ff. ſi certum petatur, vt Demoſthenes, A iuſticia nomen obtinetis iudices, *Contra Ariſtogitonẽ* proinde vt iuſta in iudicijs cenſetis proſpicite.

A genere. Genere, ad ſpecie mconfutandã, nam data culcitra, de tota ſuppellectile actio fieri non poteſt, poſito autem genere, niſi diſtributo, ſpecies non ponitur, ſed ablato, nulla reſtat ſpecierum,

A ſpecie. Specie, vt iuſticia eſt, igitur virtus, differtq; a rhetorica argumentatione, quod illa non vrget, ſed tantum perſua det, & forma appellatur, Hæc vero neceſſario inducit per regreſſionem ad genus.

Proprio. Proprio, ſi riſibile, Homo eſt, aut rugibile, Leo.

Parti

Partitione, quam a toto integrali ad ſuas partes Dialectici vocant, vt ſi quis ius ciuile dicat quid in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum authoritate, prętorum edictis, vel magiſtratuum more, & æquitate, conſiſtit. Particione

Diuiſione, quũ in ſuas ſpecies genus diuiditur, de hoc nonnihil ſupra. Diuiſione

Sufficienti diuiſione, vt ſi quis pecuniam non habuit, neq; inuenit, neq; mutuo accepit, conſtat eum non credidiſſe. Sufficienti diuiſione.

Simili, continentia eſt virtus, igitur & abſtinentia. Simili.

Diſſimili, ſiquidem ea in quibus diſferentia qualitatum percipitur, conferuntur, arguendo, non ſi lętìcia bonũ, & voluptas. Diſsimili.

Cauſa efficiente, Hoc loco & Rhetores & Dialectici vtuntur, nam aſſerta cauſa, effectus aſſeritur, illa q; negata, illi inficiantur. Cauſa efficiente.

D v Mate-

Materia. Materia, qua deficiente effectus eſſe non poſſunt.

Forma. Formam, vt rotundum eſt, ideo volubile.

Repugnantibus. Repugnantibus, ſi quid vni contrariorum iunctum eſt, reliquo contrario comparetur, vt amicitia eſt, igitur nocendi deeſt voluntas.

Coniugatis. Coniugatis, quum quæ ab vno nomine varia prolatione flectuntur, cum ipſo nomine conferamus.

Appoſitiuis. Appoſitiuis, vbi maiora ex minoribus, & econtra, paria ex paribus confirmantur.

Maiori. Maiori, adulterum occidere licet, igitur & loris cędere.

Minori. Minori, furem nocturnum occidere permittunt leges, ergo & latronem.

Pari. Pari, parricidam lex occidit, propterea & matricidam.

Exemplo. Exemplo, quum authoritate vel caſu alicuius rem comprobamus aut infirmamus, vt Eupolim dentes e ſaxo præci-

præcipitem in mare dederunt, igitur in magiſtratum non inuehendum. Sic a poetarum fabulis, apologis, parœmijs, parabolis, proportione, quam græci analogiam vocant, argumentationes trahuntur. His accedit poſtremo qui ab authoritate locus ſumitur, quæ nec niſi affirmatiue valet. In hoc arguendi genere obſeruandum precipue eſt, ne vltra crepidam ſutor plures his addi potuerunt, ſed quos quotidianus vſus non requirit. Repertis itaq; locis, deinde noſſe oportet, quomodo in argumentatione ornate & abſolute poni debeant, quam apertam, ſimplicem, & artificioſam eſſe neceſſe eſt. Loci vero ad quæſtiões plerasq; pertinēt, ſed alij a lijs aptiores qui ex cauſis effectis aut cōiūctis ſumūtur, cōiecturę conueniūt, ad definitionem vero, partium definiendi ratio. Ad tercium quæſtionis genus, in quo quale ſit queritur, cadunt quæ in comparatione ſunt memorata, Quarto generi cur ſit, omnes conueniunt, qui coniecturæ loci ſunt. Hęc habes

Ab authoritate.

Qui loci quibus quæſtionibus conueniant.

habes quæ non aliter atq; Eracleotis, Zenſidis Helena, ex tanto ſcriptorum numero, ſcitu digniſſima excerpi potu erunt, ſi vero quid dictum breuius reperiatur, tuæ vtilitatis rationem habitam ſcies.

Vrbe Regia Auguſtę Vindelicorum,
Henricus Steyner calcographus
excudebat, Anno Milleſimo
quingenteſimo triceſimo ſecundo, Die vero Menſis Auguſti xxij.

ביוך עתותי



τύχη. ἔυριπος